

ein Brief nach dem fünften Concil (553) werde ihm zur Last gelegt. Er habe damals noch als Diacon im Dreicapitelstreite auf Seiten der Majorität der Bischöfe gestanden. Als diese dann zur orthodoxen Richtung übertraten, habe auch er seine Ansicht aufgegeben<sup>1)</sup> Die, welche sich damals ausschlossen, stören jetzt den Frieden und verbreiten falsche Gerüchte. Auf Bitte des Königs Childebert<sup>2)</sup> habe er eigenhändig seine Fides<sup>3)</sup> geschrieben; diese sei ganz in Uebereinstimmung mit den vier Synoden. — 'Quomodo ergo me post generale concilium culpae presumunt de illa adhuc epistola, quam non definiendo aliquid, sed nesciens, quid sequendum esset, consultando conscripsi, et in<sup>4)</sup> illo adhuc officio constitutus, in quo etiam diffinitiones meas tantorum subdi sententiae decuit sine dubitatione pontificum. Sed nimis apparet, quia<sup>5)</sup> nescientes rei meritum vagis et rumugulis hominibus credant. Nesciunt enim quanta et qualia post hanc, quam mihi inpingistis epistolam, certamina incautus atque ignarus exercui, quanto restiti tempore et non iam quasi consulens<sup>6)</sup> sed velut fixa apud me sententia hec, quae salubriter decernebantur, fieri prohibebant, ita ut graves ob hoc tribulationes ac molestias sustinerem. Nec tamen idcirco contra veritatem pertinaciter contumax esse debui, quia aliter me aliquando sentire rerum ignorantia compulisset. Antecedit<sup>7)</sup> nobis beati Cipriani sententia, in qua apostolorum principem ad exemplum vocans eumque a Paulo correptum fuisse commemorans, statim ita subiecit, dicens: Documentum scilicet nobis concordie et patientiae tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter subgeruntur, si sint vera et legitima, ipsa potius nostra dicantur. Quid ergo fieri potest, ut minoris officii homo pontificibus cesserit culper, cum beatissimus Ciprianus etiam fratres atque collegas ad correptionem suam, ut unusquisque debeat admittere contendat et hoc illo fieri exemplo doceat, quo apostolorum princeps minimo, sicut ipse de se ait<sup>8)</sup>, apostolorum redarguenti cesserit<sup>9)</sup>? Qualitas ac veritas rei in unoquoque est querenda negotio non certamina dissidentium. Humana enim infirmitas, quae careri in totum in hac mortali vita dum corruptibile corpus hoc adgravat animam nullatenus potest et errare terrena in habitatione ac sensu multa cogitante<sup>10)</sup> impedita solet, ab eodem errore divina gratia illuminante corrigitur<sup>11)</sup>. Ut enim paulisper de me taceam, quid rogo de totius Orientis, totius Illirici, totius denique Affricae ponti-

1) Vgl. später n. 68. 2) König Childebert 511—558. 3) Vgl. J. 618. 4) 'in' fehlt Hs. 5) 'quam' verbessert Hs. 6) me consulente? 7) 'antedit' corr. 'excedit' Hs. 8) 1. Cor. 15, 9. 9) 'cesserit' Hs. 10) Sap. 9, 15. 11) So wohl zu lesen statt 'corrigenere' in der Hs.